fructus glorie. qui dant illis qui habent eum. Ideo Dauid. Fiat pax in virtute tua. ⁊ abundantia in turribus tuis. s. vt simus sibi obedientes. quia ista est virtus sua.

¶ De eadem domica Sermo tertius.

Venit ianuis clausis. ⁊ stetit in medio. Jobis. xx.

Sermo noster erit de gloria corporis domini nostri iesu christi post resurrectōem. Materia erit alta in theologia. Sed salutetur vngo Maria ⁊c. Pro huius verbi declaratōe ⁊ materie pdicande introductōne sciendum est q̄ cōmunis doctrina est theologie q̄ dominꝰ noster Jesus xp̄us diuersimode habuit ⁊ recepit gloriam anime ⁊ corporis. quia in vno tempe recepit gloriam anime. ⁊ in alio gloriam corporis. In conceptōne em̄ quādo virgo Maria dixit angelo. Ecce ancilla domi fiat mihi ꝓm vbum tuum. in vltimo verbo tuū aia christi tunc habuit ⁊ recepit tantā gloriam a deo quantam habet nunc in celo. Ratio. quia anima xp̄i ex vnione diuinitatis habuit ⁊ recepit inestimabilem claritatem gratie ⁊ glorie. Sicut si cristallū vniretur soli. maximam in se recipet claritatē. Ita de anima xp̄i cum diuinitate vnita. Ideo Johannes dicit. Vidimus gloriam eiꝰ. gloriā q̄si vnigeniti a patre. Joh. j. Videbant gloriā anime xp̄i intellectualiter. quia p opera xp̄i miraculosa videbant in xp̄o diuinitatem. Sed corpus christi nō fuit gloriosum quādo fuit formatum. licet esset sanctū ⁊ purum. imo fuit passibile ⁊ mortale vsq̄ ad resurrectonem p nostra redemptōne. quia aliter non fuisset passibile. ido voluit q̄ eius corpus non haberet gloriam vsq̄ post resurrectōnem. Patet ergo q̄ diuersimode xp̄us habuit gloriam in anima ⁊ corpore De gloria corpis Luce. xxiiij. Nonne h oportuit pati christum ⁊ ita ⁊c. Gloria autē corporis ostenditur subtilit̄ in themate cum dicit Venit ihs ianuis clausis ⁊c. Dicit autē apostolus. j. ad Chorin. xv. ⁊ Glose ⁊ doctores etiaz ponūt hoc q̄ gloria corporis gloriosi consistit in quatuor excellentijs. Et omnes ostendunt in themate.

¶ Prima est agilitas vigorosa. ibi Veit ihs.
¶ Scda subtilitas virtuosa. ibi. ianuis clausis.
¶ Tertia impassibilitas rigorosa. ibi. stetit.
¶ Quarta claritas gloriosa. ibi. in medio.

¶ Prima ergo excellentia corporis gloriosi est agilitas vigorosa. quia subito. id est impceptibili tempe. non autē in instanti de vno loco ad aliū si ē vult mutat̄. Maḡ est agilitas equorum currentiū. maior autē volucrum ⁊ auiū volantium. ⁊ maior sagittarū. Et adhuc maior ē agilitas ⁊ leuitas solis qui subito id est impceptibili siue paruo tempe transit magnum spaciuz sed p̄ omnibus maior est agilitas corporis gloriosi. Ratio. quia sol in suo cursu indiget multis horis. sed corpus gloriosum subito transit ⁊ vadit de oriente in occidentez nec indiget vna hora. ¶ Dicatur quomodo imaginatio subito vadit vbi vult. ⁊ in puncto. sic ⁊ corpus gloriosum ex excellentia agilitatis corporis gloriosi. Et ponit̄ ab apostolo. j. ad Chor. xv. Sic erit resurrectio mortuorū. seminat̄ corpus in infirmitate surget in virtute. ¶ Nota seminatur. s. in sepulturā. sepelire vocat apostolꝰ seminare. qz sicut granum seminat̄ vt faciat fructum. ita seminatur corpus vt resurgat gl'osuz. Ista excellentia corpis gloriosi tangit̄ in themate cum dicitur. Venit iesus. Et vnde venit? de paradiso terrestri. Quoniā doctrina est cōmunis q̄ christus post resurrectōem stetit cum sanctis patribus in padiso terrestri vsq̄ ad diem ascensiōis De hoc dicat̄ ratio ⁊ autoritas. Ratio est ista quia ꝓm ꝓbm locus ⁊ locatū debent ꝓporcionari. ⁊ quia xp̄us post resurrectōnem habuit corpus gloriosum ⁊ impassibile. cōueniēs ergo fuit q̄ stetisset in excelsiori loco huius mundi. Igit̄ venit ihs. s. de padiso terrestri ad discipulos in hierusalem subito. Autoritas Dauid in psona xp̄i. Si sumpsero pēnas meas diluculo. ⁊ habitauero in extremis maris. Etenim illuc manꝰ tua deducet me. ⁊ tenebit me dextera tua Si ascendero in celum tu illic es. si descendero ad infernuz ades. Quo ibo a spiritu tuo. ⁊ quo a facie tua fugiam ⁊c. ps. cxxxviij. Verbuz est xp̄i ad deuz patrem de gloriosa sua resurrectōe ¶ Nota si sumpsero pennas meas. Christus in sua resurrectōne recepit duas alas. Dexteram scz animā sanctissimam. ⁊ sinistram corpus gloriosum ⁊ impassibile. Patet ergo ratōe ⁊ autoritate q̄ christus post suam resurrectōnem stetit in padiso terrestri. Ideo cum dicitur Venit iesus ostendit̄ eius agilitas vigorosa. quia in puncto hoc est in paruo ⁊ impceptibili tempore veniebat de tanta distantia. Moralit̄. hanc aūt virtutez possumus nos habere merito diligētie spūalis in bonis operibus. verbi gratia Religiosus qui cum diligentia seruat ea ad que tenetur hic. talis merito huius virtutis cōsequetur agilitatem corporis post diem iudicij. Idez de p̄sbytero qui cum diligentia dicit officium suum. surgit ad matutinas. ⁊ cum diligētia cōfitetur. ⁊ dicit missam suam. ⁊ diligenter procurat salutem animarū ⁊c. Idem de laicis qui diligenter officium suum qd̄ habent. s. officiuz iudicandi vt iudices. assessores. pcuratores. notarij. non dilatando questiones. nec ptrahendo sentētiam. tales merito huius diligentie cōsequentur excellentiam agilitatis. Idē de alijs si diligentes sint in orando mane ⁊ sero et cum diligentia veniūt ad missam in dominica. Itē

confitentur ꝑ tempore. ⁊ cõmunicant cum diligentia. ⁊ dant elemosynam pauperi. vl' dãt cõgiarium sibi ⁊ nõ faciũt ipm expectare. merito huius consequent excellentiã agilitatis in die iudicij. Ideo dicit scriptura. Confortami ⁊ agite diligent. ⁊ erit domin⁹ vobiscum in bonis. ij. Paral. xix. Ibidem. Sit timor domi vobiscuꝫ ⁊ cum diligentia cuncta facite. Per oppositum quãdo homo est negligens in opibus spũalib⁹ vt religiosus ⁊c. vel ꝓsbyter vel Juriste ⁊c. et laici. licet in die iudicij suscitent. tamen corpora eorũ erunt grauia ⁊ ponderosa ꝙ ad eunduꝫ mediam leucam indigerẽt tota die ibũt vt ligati ⁊c. ⁊ hoc ꝑpter eorũ negligentiam quam habuerũt. Ideo dicit scriptura Hiere. xlviij. Maledictus qui facit opus dei fraudulenter. Secunda excellentia corporis gloriosi est sbtilitas ꝓtuosa. quia nichil eo subtilius. Subtilis est aer vel ventus transiens per parua foramina. Subtilior est lux que transit ꝑ fenestraꝫ vitreã ꝑ quam non potest vẽtus transire. Sed adhuc subtilior est vox homis vel campana quaꝫ vos auditis in camera. ⁊ ianuis clausis intrat ibi. Pre omnibus his subtilius est corpus gloriosum. Quia licet sit verum corpus. tanta est tamen eius subtilitas ꝙ etiaꝫ de casside ferrea exiret si in ea clauderet sine eius apertura. cum tamen inde non posset exire ventus nec lux nec aqua nec vox. Hec excellentia subtilitatis ponitur. j. ad Chorl. xv. sic erit resurrectio mortuorum. seminat corpus animale. surget corp⁹ spirituale. quia habet conditõnes spũs. Hoc ostẽditur de corpe christi glorioso cum dicit. Januis clausis. s. intrauit ad discipulos. Sic quõ discipuli timore iudeorũ erant in cenaculo ianuis clausis Job. xx. Cuꝫ fores essent clause ⁊c. Sicut enim exiuit vterum ꝓginis sine fractura. et exiuit de monumento sine eius aptura. Ita intrauit ad discipulos ianuis clausis. Moralit. istam excellentiam subtilitatis possum⁹ nos habere merito abstinentie corporal. s. abstinendo a nimio cibo ⁊ potu ⁊ a delectatõnibus. qꝛ persona abstinens attenuat ⁊ subtiliatur in corpore. O ꝙ bonum est in hoc mundo attenuari. vt in die iudicij resurgamus cũ illa excellentia sbtilitatis. Ideo dicit christus. Attendite vobis ne grauentur corpa vestra in crapula ⁊ ebrietate. Luce. xxj. Per oppositum psone que nolunt abstinere a supfluitate cibi ⁊ potus deliciarum nec ieiunant ieiunia ecclesie. in resurrectione erunt corpora eorum grossa. ꝙ vix poterunt se mouere. ⁊ cum magna violẽtia aer pmittet eos transire. De illis dicit apostolus. Quorũ deus venter est. Ad Philip. iij. quia sicut deberẽt ꝓfuire deo sic ꝓfuiunt ventri. Tertia excellẽtia corporis gloriosi est impassibilitas rigorosa. qꝛ nõ poterunt pati de cetero aliquod malum seu dolorem. ⁊ erũt semp in etate. xxx. annorũ. in qua omnes resurgemus tã senes ꝙ iuuenes. ac etiã pueri in vtero matris mortui resurgent in etate triginta annorũ nec senescunt. ⁊ erimus impassibiles. Sicut radius solis nõ potest scindi gladio nec submergi aqua nec cõburi igne nec etiã coinquinari turpitudie. Sic nec corpus gloriosum ense potest scindi nec aqua submergi. etiaꝫ si descenderet in ꝑfundum maris. nec igne potest comburi. nec etiam ignis inferni potest sibi nocere si vult illuc intrare ad videnduꝫ damnatos nec ignis nec demones possunt sibi nocere. nec aliqõ facere tediuꝫ. nec aliqua immũdicia potest coinquinari. De hoc dicit sacra scriptura. Sic erit resurrectio mortuorũ. seminat corpus in corruptõne surget in icorruptõe. prima ad Chorl. xv. Hec excellentia ostendit de christo cum dicit Stetit. Nos in hoc mũdo nõ stamus sed cõtinue fluimus. Sicut aqua cõtinue fluit ꝑ flumen vsꝙ ad mare. sic nos omnes continue vadimus ad mare amare mortis. ij. Re. xiiij. Omẽs morimur. ⁊ quasi aque dilabimur in terram que non reuertentur. Corpus ꝓo gloriosum stat continue impassibiliter. Jõ de corpore xpi glorioso dicit Stetit Autoritas allegorice. Deus stetit in synagoga deorũ. id est angelorum. ps. lxxxj. Moraliter istam excellentiaꝫ impassibilitatis possumus nos habere. s. merito patientie quod aufert sentimentum doloris ⁊ passibilitatis. Nam qui vere est patiens non sentit iniurias sicut impatiens qui statim ascendit ala quinta. Si occiditur amicus patientis dicit. Fecit deus hoc. Sicut dixit Job speculũ patientie post tot iniurias sibi illatas ab inimicis. Domin⁹ dedit dñs abstulit. sicut domino placuit ita factum est. sit nomen domi benedictum. Job. j. Patiens semp dicit. Deus fecit hoc ⁊ non talis. quia solum fuit minister. Ideo dicit scriptura sacra. Patientia vobis necessaria est vt voluntatem dei facientes reportet ꝑmissionem. Ad Hebre. x. Nota promissionẽ. s. huius excellentie impassibilitatis. Omnia mala pene sunt a deo. Ideo non impatienter debemus sentire. Mala autem culpe sunt a nobis. Per oppositum impatientes qui de nihilo stati ascendunt ala quinta resurgent in iudicio. non tamen impassibiles sed passibiles. quia totũ corpus erit plenum doloribus a capite vsꝙ ad pedes. ⁊ nihil corporis erit impassibile. ⁊ quilibet iporum dicet. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Ad Roma. vij. Quarta excellentia corporis gloriosi est Claritas gloriosa. Nõ solũ corpus erit agile subtile ⁊ impassibile. imo etiam erit ita clarum quod in mundo nihil est ita clarum nec stelle. nec luna. neꝙ sol. Clarum est vitrum. clarius cristallum ⁊ adhuc clarior est ignis. sed sol est clarior. Om

nes doctores dicunt q̃ septies erit clarius sole corpus gloriosum. Ex hoc sequitur q̃ si de⁹ loco solis poneret corpus gloriosum magis mundum illuminaret q̃ sol. Unde si nos possemus videre vnum corpus gloriosuz nollemus comedere nec bibere ꝛc. De ista excellentia dicit scriptura sancta. Sic erit resurrectio mortuorum. seminat corpus in ignobilitate. surget in gloria ꝑma Ad Chorin. xv. Hec excellentia ostendit de xp̃i corpe glorioso cum dicit In medio. Dicunt astrologi q̃ sol est in medio planetarũ.

¶ Primus est luna.
¶ Scdus mercurius.
¶ Tertius venus.
¶ Quartus est sol.
¶ Quintus est mars.
¶ Sextus iupiter.
¶ Septimus saturnus.

¶ Sol igit est in medio planetarum qui illuminat omnes alios planetas. Ita ꝛ christus i medio discipulorum. Ideo cum dicit in themate In medio notatur claritas corporis xp̃i gloriosi. Est tamen in voluntate corporis xp̃i gloriosi ostendere suaz claritatẽ quando vult. als nõ videt. Ideo quãdo xp̃us apparebat apostolis non videbant suam claritatem. De ista dicit scriptura. Tunc iusti fulgebunt quasi sol in regno patris eorũ. Matth. xiij. Moraliter ista excellentia claritatis habet merito castitat̃ Clara ꝛ pulchra est psona casta. siue sit religiosus siue clericus ꝛc. Autoritas. O q̃ pulchra est casta generatio cum charitate. als claritate. Sap̃. iiij

¶ Nota cum charitate. quia quidam sunt casti cum timore. s. diffamatõnis. vt multi religiosi. clerici ꝛ mulieres timore piculi. sed tamen habent desiderium. Talis castitas nihil valet. sed quando sunt casti amor christi dicendo. Sicut vos domie qui nunq̃ gustastis de illo ꝛc. amore mei. sic nec ego volo gustare amore vestri. Talis castitas dicit cum charitate esse ꝛ deuotione. Per oppositu psona luxuriosa est ita vilis ꝛ resurget in iudicio. sed ita immunda ꝛ fetida q̃ si modo nos videremus vnum corpus tale. statim moreremur ¶ Nota hic miraculu de malo quodam homine qui habebat bonã vxorem ꝛ deuotam que inducebat virum suum ad confessionem. nec volebat se continere a suis ribaldarijs. Ipa tamen continue orabat ꝑ eo dicens. Domie ex quo ego non possum corrigere vos dñe faciatis ne damnet. Accidit set q̃ ipse veniebat de lupanari adeo mutata est facies e⁹ in turpissimam figuram ꝛ horribilem intantu q̃ vxor ianuis clausis ascendit ad fenestram nolens sibi aperire. ꝛ omnes de vico fugiebant e⁹ aspectum ac si demonem viderent. Qui de hoc admirans transiuit ꝑ domum barbitonsoris ꝛ in speculo vidit suam horribilem formã ꝛ etiam terruit seip̃m. qui statim iuit ad curatum vt cõfiteretur ꝛ curatus fugiebat. Sed ꝑcipiens eũ ad vocẽ clamoris esse suum subditum eius confessionem audiuit. ꝛ confessus recupauit pristinam formam. In hoc ostendebat qualẽ faciem debent habere damnati. intantũ q̃ nullus poterit sustinere eorũ aspectuz. Ideo canete a corruptionibus. a concubinis ꝛc. de quib⁹ dauid. Corrupti sunt ꝛ abominabiles facti sũt ꝛc. ps̃. xiij. De istis dotibus quatuor vide sanctũ thomam ad longũ in q̃rto. di. xliij.

¶ De eadem domica. Sermo quartus.

Ostendit eis manus ꝛ latus ꝛc.

Job. xx. Hoc ꝟbum dat michi motiuum ꝛ ratõnem predicandi de quadam materia valde vtili ꝛ deuota scz de quinq̃ plagis christi si placet deo erit materia magne consolatõnis animarũ nostrarum Sed ꝑmo salutetur virgo Maria ꝛc. Doctrina est general ꝛ certa in sac theologia. Ad quãdo christus surrexit in die resurrectõis de morte ad vitaz gloriosus in corpore ꝛ aima. voluit resurgere cum quinq̃ plagis quas etiaz retinet ꝛ retinebit eternaliter. Non tamen intelligatis vos q̃ christus habeat man⁹ vel pedes pforatos nec latus perforatum sicut habuit in cruce. imo pfecte fuit curatus gloria resurrectõnis ꝛ impassibilitatis. De hoc dauid in psona christi dicit. Domine deus clamaui ad te ꝛ sanasti me. Domie eduxisti ab inferno animam meam sanasti me a descendentibus in lacum. ps̃. xxix Sed remanserũt signa illarum plagarum sicut curato vulnere a pito medico. remanet tamẽ signum. Sic in christo post resurrectõnem remãserunt signa plagarum nõ cum aliqua deformitate seu turpitudine. sed resplendẽtia ad instar stellarum. ꝛ vulnus lateris ad instar medie lune. ꝛ in eternum retinebit ista signa. Ergo amore vestri quesiui quare ꝛ inueni sex ratões confirmatas autoritatibus sacre scripture veteris ꝛ noui testamẽti quare christus vult signa plagarum in suo corpe glorioso retinere. scz.

¶ Prima ꝑpter confirmatõz de credentia.
¶ Scda ꝑpter demõstratõz de beniuolentia.
¶ Tertia ꝑpter cõmendatõz de victoria.
¶ Quarta ꝑpter impetratõz de venia.
¶ Quinta ꝑpter manifestatõem de iusticia.
¶ Sexta ꝑpter informatõnem de penitentia.

Uel sic ꝛ breuius. Propter fidei confirmatõez Beniuolentie demonstratõnem. Victorie commendatõnem. Venie impetratõnem. Iusticie manifestatõnem. Penitentie informatõnem. His sex rationibus voluit xp̃us resurgere cuz signis quinq̃ plagarum. Et de ꝑma loquit thema dicens. Ostendit eis manus ꝛ latus ꝛ etiaz pedes. Luce vlti. scz. Propter confirmatõnez